

nam pendéant: datur verò ex vini heminæ semisse. Hęc aduersus omnes iectus commūnia sunt. De peculiaribus contra bestiam vnamquaque venenatam auxiliis deinceps agendum.

*Curatio à Vespis & apibus morsorum.*

C A P. xx.

**I**N T E R venenatorum iectum morsum  
ive notas minimè de vespis & apibus spe-  
ciatim differuimus: quod conspicuæ omni-  
bus forent, neque eximium aut notatu di-  
gnum quicquā in iis obseruaretur. Inter re-  
media tamen & earum meninisse, non abs-  
re fuerit. Igitur aduersus apum vespárūmq;  
iectus prodest imposta malua & hordeacea  
farina cum aceto, itēmque lac fculneum i-  
ctibus instillatum, denique fots ex muria  
aquáve marina.

*Curatio à Phalangijs morsorum.*

C A P. XXI.

**P**HALANGIORVM verò morsibus  
isthac imponere oportet: fculneum ci-  
nerem adiesto sale trito cum vino subacti,  
aut radicem sylvestris Punicæ quam minu-  
tissimè contritam, aut aristolochiam cu[m]  
hordei farina & aceto subactam. Ulcera au-  
tem aqua maris perfundenda, aut meliso-  
phylli decocto, ac eiusdē folia illinēda. Por-  
rò balneis perquam frequenter vtendum,

Xx. ij.

itemque potionibus è pharmacis proximè  
sequentibus: abrotoni inquam semine, ani-  
so, aristolochia, cicere sylvestri, cumino Æ-  
thiopico, baccis cedri tritis, platani cortice,  
& trifolij herbae semine: seorsum autem sin-  
gulorum binas drachinas dare cōuenit cum  
vini hemina. Exhibitetur & myrica fructus:  
similiter & chainæpityos ac viridium cu-  
pressi pilularum decoctum vino tempera-  
tum. Sunt & qui asserant, fluiatilis cancri  
expressum cum lacte succum, adiecto apij  
semine, omnibus quamprimum liberare  
molestias.

*De Scolopendre morsu.*

C A P .    XXII.

**S**I SCOLOPENDRA morsu vulnus impres-  
sit, sal quam tenuissimè tritus ex aceto  
vulneri inspergendum, aut ruta sylvestris su-  
perponenda. Locus acida muria fouendus, &  
danda in potu aristolochia cū vino, aut ser-  
pyllum, aut calamintha, aut ruta sylvestris.

*De Scorpioris iectu.*    C A P .    XXIII.

**I**CTIS à Scorpione præsentissimo est au-  
xilio lac fculneum in vulnera instillatum.  
Scorpius etiam ipse qui iectum vibrauit, tri-  
tus & percusso loco impositus, sui ipsius i-  
ectus remedium est: idque, vix videtur, natu-  
ralis cuiusdam repugnantiæ ac dissidentiæ  
ratione, quam antipathiam vocant. Præterea

CON-

conuenit & scorpius tritus, & cum sale, lini semine & althaea herba impositus. Auxiliatur & sulphur ignem minimè expertum, resina terebinthina exceptum, & emplastri modo adhibitum. Similiter & galbanum ad splenij formam diductum, itemque calamintha trita & illita, necnon & cruda hordei farina cum vino subacta addito ruta decocto. Iuuat etiamnum semen trifolij herbæ tritum ac vulneri iniectum. Et de his quidem quæ foris admouentur, haec tenus. Neque verò interim negligendus potionum quam efficacissimarū usus, quales parantur ex aristolochia, præsertim corticis, binis drachmis cum vino, è gentiana tusa, & pulegio plurimum decocto, tritis itidem lauri baccis numero decē, & calamintha in posca diu multumque discocta. Valet & cyperis cum vino, & ruta eodem modo: sic & lac fulcineum & laser, si affuerit: sin minūs, Parthico vtendum succo. Efficax quoque est epotum trifolij semen, necnon & ocimi. Sed his omnibus æquipollent frequens balnei usus cum multa iudatione, dilutaque potio.

*De Pastinaca marina iclu. CAP. XXIIII.*

**Q**VAE deinceps à viperā demorsis conferre dicemus, eadem planè omnia & eodem modo percussis à pastinaca marina conueniunt.

Xx. iii.

*De marinorum Scorpij Draconisque iictibus.*

C A P . XXV.

**S**VNT & virulenti iictus qui à Dracone  
Scorpióque marinis inferuntur: quippe  
qui acerbissimos dolores, interdum etiam,  
quauis raro[n]omas [hoc est, depascentia ul-  
cera] excitent. Hisce absinthij aut saluiae, vel  
sulphuris ex aceto triti potio subuenit. Quin  
& mullus in longitudinem diffusus & im-  
positus, eorum iictibus remedio est.

*De Muri aranei morsu.*

C A P . XXVI.

**D**E M O R S I S à mure Araneo splenium  
è galbano vulneri impositum per se,  
aut ex aceto tritum auxiliatur: itemque hor-  
deacea farina ex aceto mulso illita. Quin &  
mus ipse araneus qui mortuum intulerit, si  
diuulsus imponatur, contra iictum suum re-  
medio est. Idem præstat dulcis mali Punici  
corium decoctum & illitum. Si nilater porri  
cocti & adhibiti, itemque allia contrita, nec-  
non & calidæ muriæ fatus. Atque hæc qui-  
dem affecto loco imponuntur. Prodest verò  
potum abrotoni decoctum in vino exhibi-  
tum: præterea serpyllum, galbanum & eru-  
ca, si in vino diluantur, itemque tenellæ cu-  
pressi pilulæ cum aceto, cyclaminus ex ace-  
to mulso, & pyrethrū cum vino: deni-  
que

que & chamæleontis herbæ radix. Nec defunt qui literarum monumentis tradiderint, tritum murem araneum contra suos iæctus cõmodè bibi. Quam historiam apud alios inuentam dignam tantummodo censuimus, quæ annotaretur. Asseuerant etiam nonnulli vix ulcerari demorsum, nisi mus araneus prægnans fuerit, ac tūm demunda auxiliari ferunt.

*De Vipera mortua. CAP. XXVII.*

**D**E MORSIS à vipera fimum caprini num vino solutum præsentaneo est auxilio: similiter & laurus, abrotonum & galbanū splenij loco superiecta, necnō & origanum viride contritum: itidem pulli gallinacei discerpti, ac protinus ut calēt appliciti: erui farina vino subacta, radiculæ cortex usque eò tusus ut in puluerē solutus abeat: scilla toita, itēmque chamamelum, siquidē terrantur: & cruda hordeacea farina ex aceto mulso subacta: sed locus antè calida foueatur. Et hæc quidein affectæ parti admouentur. Rubus verò intrò sumptus, contra viperinos iæctus in vino prodest. Sunt & qui anchusa tenui constantē folio auxiliari prodiderunt. Bibuntur & leporini coaguli obliterati, & porracei succi dimidiata cotyla in meto: itēmque foliorū melissophylli succus & sylvestris ruta: hæc ipsa quoque in vino

X x. iiij.

propinari debent. Quin & ipsa frequens vi-  
ni potio iuuat, alliorumque, cęparum ac  
porrorū tenellorū elus, sallamentaque acer-  
rima & exquisitissima. Simplicia hæc sunt.  
Compositum verò medicamentum con-  
tra viperarum morsus celebratur, quod ē  
myrrhę, castorij, piperis, sandarachę anethi-  
que seminis singulorum dimidio constat  
acetabulo. Hæc omnia in passo Cretico a-  
liōve quopiam generoso teruntur. Erasistra-  
tus, eo in libro quem de facultatibus inscri-  
psit, complura etiam alia tradidit, quæ ictis  
a vipera auxiliū ferre possunt: [quo in ge-  
nere sunt gallinarū cerebella in vino pota,  
& brassicæ satiuae seminis triti acetabulum  
eum vino bhibitum. Vtile præterea censemur  
digitum in picein liquidam intingere, ac de-  
inde in vinum demergere, atque hoc tan-  
dem potiū dare. Et de iis quidem hactenus,  
quæ contra viperarum morsus auxiliantur.]

*De Amphisbæna morsu.*

CAP. XXVIII.

**D**E Amphisbæna priùs agentes, simul &  
semel admonuimus, localia remedia  
eadem ab ipsa perculsis adhiberi, quæ contra  
viperarum morsus descripta fuēre.

*De morsu Dryini.* CAP. XXIX.

**A**DRYINO ictis conuenit aristolo-  
chia cum vino pota, & trifolium herba;  
similiter

similiter & assumpta radix asphodeli, & cuiuscunque generis quercus glandes epotæ. Parti verò ictæ ilicis radices tufæ & impo- sitæ auxiliantur.

*De morsu tum Hæmorrhoi, tum etiam*

*Dipsadis. CAP. XXX.*

**H**ÆMORRHOI Dipsadisque morsus, heu immedicabiles, à plerique priscom rum pro deploratis habitu sunt: quamobrem & proprietate quadam iuantibus contra dipsadem auxiliis destituti fuere. Attamen cōmunia experiri operæ pretium fuerit. Protinus ergo scarificationes vstitutionesq; adhibendæ: ac siquidem id permittat locus, ad extre morum amputationē deueniendū est. Deinde verò actia imponenda cataplasmata, quorum sāpenumero meminimus. Deprehendi etiam innum acres cibos, potissimum verò sal famenta, vñui esse. Quin & meri potio bal neaque iuant: sed hęc continuò post ictum, ac subinde breuibus ex interuallis usurpanda sunt, priusquam se se morbas patefecerit: quo semel oborto ne tantillum quidem opis illa Medici opera conferre potis est. In ictu Hæmorrhoi eadem illa cōmunia profūnt. At localia descripta cooperimus, in dipsadis quideam morsu, portulacæ folia tri ta cum aceto, & polentam, ac rubi folia tri ta cum melle, plantaginem, hyssopū, allium

candidum, porrum, rutam & vrticam. In hæmorrhoi verò morsu, tum eadem hæc, tum insuper vitis folia cocta, cum melle trita. Ipsius quoque hæmorrhoi crematum caput potui datur, aut allium cum vino. Esitantur & vuæ passæ.

*De morsu Natrixis. CAP. XXXI.*

**M**ORSIS à Natrice confert origanum tritum aqua subactum, itē inque cinis è quercu oleo exceptus, aut aristolochiæ cortex radixve minutim contrita, & hordeacea farina cum aqua & melle cocta & quasi colliquefacta. Bibitur & aristolochiæ drachmæ binæ in dilutæ potionis aut poscæ caythis binis: aut marrubij succus, aut alterutrius decoctum cum vino. Fauus item recens cum aceto exhibetur.

*De Cenchridij morsu. CAP. XXXII.*

**M**ORSIS à Cenchrido auxiliatur lactuca semen cum lini semine cataplasmatis in modum applicatum, itē inque thyimbra, sylvestris ruta, & serpyllū cum asphodelo tritum. Dantur verò protinus in potu centaurij radicis drachmæ binæ cum ternis vini caythis, aut aristolochiæ radix eodem modo. Similiter & nasturtium ac gentiana.

*De morsu Cerastæ. CAP. XXXIII.*

**A**CERASTE & aspide ictis cita succurrit extremae partis amputatio. Quare fine